



Tractatus De Censuris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Vers. Ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontif. vel. S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontif. signatarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

Verf. Ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontif. vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontif. signatum.

S. R. E. Vicecancellarius
 1 Supplicationes quid sint.
 2 Supplicationes gratiam, aut iustitiam continentem quanam sint.

Hic excommunicantur falsantes supplicationes signatas a Romano Pontif. vel a S. R. E. Vicecancellario, vel ab eorum vicegerentibus. Merum ut rem hanc dilucidorem habeamus, præmittenda hæc sunt. Primum supplicationes quid sint. Item quæ supplicationes gratiam contineant, & quæ iustitiam. Postremo quid sit Vicecancellarius.

1 Quoad primū igitur supplicationes nil aliud sunt, quàm preces factæ superiori in scriptis, quod aliquid ab eo impetretur, quod ei de iure non debetur. argum. totitu. de præ. Imp. offer. & sunt illæ, quæ vocantur Signaturæ, posteaquam per Romanum Pontif. admittæ sunt, vbi ipsi factæ sunt, vel per Vicecancellarium, vbi ei

porrectæ, & communius incipiunt Beatissime Pater, vel Pater Sancte, vel Dignetur S. V. & expelluntur in papyro, & non apponitur plumbum, ita dixit Rebuff. in Prax. benefi. in expositione Bullæ Cœna Domini articuli. 4. in verb. Et supplicationum, & in ea. Prax. benefi. in tit. De signatura gratiæ, vbi abundè de ipsis agit. Et de primo satis.

2 Quoad alterum autem Supplicationes gratiam concernentes sunt supplicationes, quibus petitur aliquid gratiose sibi concedi, ut pote beneficium. Ecclesiasticum, argument. Clemen. gratiæ, & Clemen. fin. de rescript. & dicuntur gratiam continere, quoniam petitur id, quod ius non concedit, est enim gratia quoddam quasi privilegium contra legem concessum, argum. S. sed & quod Principi verfic. Planè. in instit. de iur. nat. gen. & civil. Supplicationes autem iustitiam continentem sunt eæ, quibus quis petit id, quod ius concedit, sed alio modo, ut pote, ut detur sibi iudex, & ut causa alteri committatur, argum. tot. tit. de off. leg. & dicuntur supplicationes, quoniam superior iudicem ei dare non tenetur, ex quo habet ordinarium, dicuntur etiã de iustitia, quoniam vult, ut iudex datus secundum iustitiam causam definiat, atque sic sensit Rebuff. in eod. art. 4. in verb. Gratiam. Ex quibus patet plurimum differre inter se, sicut etiam & hac ratione,

tione, quoniam litteris de iustitia apponitur filum, seu corda. Can. habis; gratiosis vero, filum sericum, ut dixit Mar. Socin. seni. in capitulo licet. numer. 2. versicu. Tertius modus, cum sequen. de crim. fals. b. b. sup. in hoc. & hoc.

Quoad tertium autem quid sit Vicecancellarius, quoniam de ipso, & eius potestate agit Vant. in Tractatu de nullis in ritu. de null. ex defect. iuris delegati numer. 9. ob eam rem hic inferenda no. d. ximus. His iam sic premissis, regulam de more ponamus, & primo de supplicationibus Romani Pontificis. deinde de supplicationibus Vicecancellarii.

In excommunicationem hanc igitur incidit, qui falsat supplicationes signatas a Romano Pontifice, ut habetur in versicu. Quae excommunicatio in multis casibus afficit, & primo vel supplicationes, quae falsantur, gratiam, iustitiamque contineant, & dicitur in

Postremo, afficit, vel supplicationes signatas sint ab ipso Romano Pontifice, vel ab eius vicem gerente, vel ab alio de eius mandato. In omnibus igitur his casibus has supplicationes, falsans in excommunicationem hanc incidit. Quam tamen poenam quis in his casibus evadit.

Primo in omnibus casibus, quos excepimus in priori regula, id est in quibus casibus falsans ibi in excommunicationem non in-

cidit, neque hic in illis eisdem casibus.

Postremo, ubi falsat supplicationes, quae non sunt signatae ab uno ex illis tribus, nam si in excommunicationem quis incidit, ubi ea falsat, quando ab uno ex illis signatae sunt, ut dicitur in vers. Ergo secus, ubi non sunt signatae, tum quod idem operatur propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito, argumentum. l. in. S. in. ff. de fund. instruct. tum quod valet argumentum a contrario sensu, arg. l. r. & ibi communiter not. ff. de off. eius; sed iam alteram regulam de Vicecancellario ponamus.

In excommunicationem hanc quoque incidit, qui falsat supplicationes signatas a S. R. E. Vicecancellario, ut habetur in vers. ficul. b. & d. in hoc. in.

Quae excommunicatio afficit vel supplicatio gratiam, vel iustitiam contineat, & dicitur in vers. Item vel signata sit ab ipso Vicecancellario, vel ab eius vicem gerente, ut habetur in vers. & d. in hoc. in.

Postremo afficit in omnibus casibus, in quibus afficiunt excommunicationes proxima. Excipiuntur tamen casus praedicti in superioribus regulis huius Capituli. Postremo, ubi ab altero horum signatae non sunt, ob rationes praedictas in superiori regula, sed iam ad alteram partem huius Capituli veniamus.

Verf.